

**Studemund, Wilhelm. - Index
lectionum in Universitate Litterarum
Vratislaviensi per hiemem anni
MDCCCLXXXVIII - LXXXIX ... :
Præmissa sunt Damocratis poetæ
medici fragmenta selecta...**

1888.

***[Wroclaw] : typis officinae
universitatis (W. Friedrich)***

Cote : CTLES BRESLAU

4=1884/90-15 1201

Breslau
15

STC 68 (12)

N. 14

INDEX LECTIONUM

SERVILII DAMOCRATIS
IN
POETAS ET FRAGMENTA

UNIVERSITATE LITTERARUM VRATISLAVIENSI

PER HIEMEM ANNI MDCCCLXXXVIII—LXXXIX

A DIE XV. MENSIS OCTOBRIS

HABENDARUM.

PRAEMISSA SUNT DAMOCRATIS POETAE MEDICI FRAGMENTA SELECTA
EDENTE GUILIELMO STUEMUND. 1888

TYPIS OFFICINAE UNIVERSITATIS (W. FRIEDRICH).

NO. 14

M. François Vincent
jeudi 22 juin 2017 16:00
Véronique Boudon-Millaud
Guy Boudon
cc: Boudon, Veronique

176 (R)

176

INDEX LECTIUM

de la réserve. Si après l'avoir consulté
vous n'avez rien de mieux, dont j'ai bon espoir

176

UNIVERSITATE LITTERARUM VRATISLAVIENSIS

PER HIEMEM ANNI MDCCCLXXXIII-XXXIV

A DIE XV. MENSIS OCTOBRIIS

HABENDUM

PRÆMISSA SUNT DEDICATAE POETAE MEDII FRAGMENTA SELECTA

EDENTE GUILIELMO STUBENBERG

ILLIS OFFICINAE UNIVERSITATIS (W. KRIEDTICH)

176

SERVILII DAMOCRATIS

POETAE MEDICI FRAGMENTA

IN GALENI LIBRIS ΠΕΡΙ ΣΥΝΘΕΣΕΩΣ ΦΑΡΜΑΚΩΝ ΤΩΝ ΚΑΤΑ ΤΟΠΟΥΣ SERVATA.

Poetarum medicorum Graecorum carmina carminumque fragmenta, quae supersunt, omnia ad librorum manu scriptorum fidem edendi consilium cepi a. 1864, quo anno 'poetarum de re physica et medica reliquias' ab U. Cats Bussemaker collectas nec tamen satis diligenter recognitas¹⁾ (Parisiis, editore Ambrosio Firmin Didot a. 1851) primum legi. Inde ab eo tempore et codices per Italiam, Francogalliam, Britanniam sparsos indagavi, quibus carminum illorum reliquiae continentur, et medicorum Graecorum scripta, quae quidem edita sunt, omnia plus semel perlegi. Sed quominus poetarum medicorum editionem dudum inchoatam absolverem, et studiorum in aliis antiquarum litterarum partibus positorum et officiorum Argentorati per annos 1872—1885 sustentandorum mole prohibitus sum. Atque ne Vratislaviae quidem mihi contigit, ut poetarum medicorum recognitionem ea, qua par fuit, cura perficerem. Interim, ne haec carmina prorsus neglecta iaceant, speciminis causa selecta SERVILII DAMOCRATIS medici, imperatoris Neronis aequalis, fragmenta edam ad optimorum codicum fidem non omni quidem ex parte emendata, ita tamen constituta, ut facile a peritioribus persanari possint. Selegi autem quattuor illa Damocratis fragmenta foede corrupta, quae GALENUS in libris *περί συνθέσεως φαρμάκων τῶν κατὰ τόπους* servavit, eaque in mea poetarum medicorum editione inter Damocratis fragmenta obtinebunt locum II^{um}, III^{um}, IV^{um}, VIII^{um}²⁾; plures

¹⁾ Conf. quae Otto Schneider (in Philologi Gottingensis vol. XIII p. 25) et Godofredus Bernhardt (*Grundriss der griechischen Litteratur* II 2³ p. 757) de Bussemakeri editione iudicarunt.

²⁾ In adnotatione critica reliqua quoque fragmenta Damocratis identidem commemoravi; usus autem sum his fragmentorum numeris: Damocratis fragmentum II efficitur his versibus editionis Bussemakerianae: p. 99 med. — p. 100 med. (v. 1—44 ed. Buss.); fragm. III = p. 100 (v. 1—33 ed. Buss.); fragm. IV = p. 101 (v. 1—47 ed. Buss.); fragm. V = p. 111 med. — p. 112 sup. (v. 1—43) et p. 110 sup. — p. 111 med. (v. 39—96 ed. Buss.); fragm. VI = p. 109 med. — p. 110 sup. (v. 1—38 ed. Buss.); fragm. VII = p. 104 med. — p. 105 med. (v. 1—28 ed. Buss.); fragm. VIII = p. 102 — p. 104 med. (v. 1—122 ed. Buss.); fragm. IX = p. 112 sup. — p. 114 (v. 1—148 ed. Buss.); fragm. X = p. 106 med. — p. 109 med. (v. 1—132 ed. Buss.) et p. 105 med. — p. 106 med. (v. 1—52 ed. Buss.); fragm. XI = p. 115 — p. 118 inf. (v. 1—196 ed. Buss.); fragm. XII = p. 118 inf. — p. 122 sup. (v. 1—173 ed. Buss.) et p. 123 med. — p. 125 med. (v. 64—178 ed. Buss.) et p. 122 sup. — p. 123 med. (v. 2—63 ed. Buss.) et p. 125 med. — p. 128 med. (v. 129—335 ed. Buss.); fragm. XIII = p. 128 med. — p. 132 med. (v. 1—177 ed. Buss.).

enim horum Galeni librorum ad nostram memoriam servati sunt codices quam eiusdem librorum *περὶ συνθέσεως φαρμάκων τῶν κατὰ γένη* et *περὶ ἀντιδότων*, neque ulla Damocratis fragmenta gravius corrupta sunt quam haec, quae edam, quattuor.

De Galeni librorum ad medicinam pertinentium codicibus cum perpauci quaesiverint homines docti, quid diutina perscrutatione et indefesso labore de Damocratis memoria in illis Galeni libris servata tandem enucleaverim, iam exponam.

Damocratis medici carminum reliquias paene omnes servavit Galenus I) libris *περὶ συνθέσεως φαρμάκων τῶν κατὰ τόπους*, II) libris *περὶ συνθέσεως φαρμάκων τῶν κατὰ γένη*, III) libris *περὶ ἀντιδότων* conscriptis.

I. De Galeni librorum *περὶ συνθέσεως φαρμάκων τῶν κατὰ τόπους* codicibus et editionibus.

Codices Galeni libros *περὶ συνθέσεως φαρμάκων τῶν κατὰ τόπους*, in quibus insunt Damocratis fragmenta II. III. IV. VIII, hi servarunt codices:

A 1) *A* = Venetus Marcianus 288 (olim Bessarionis) membranaceus fol. saec. XI (vix saec. X) litteris minutis scriptus. Qui ut omnium antiquissimus est, ita librarii negligentia non pauca contraxit vitia.

B 2) *B* = Urbinas 67 fol. minor. partim chartaceus, partim bombycinus, foliorum 419. Constat ex his partibus: I) fol. 1—52 chart. saec. XV: fol. 1—8 et 17—32: *Γαληνοῦ ἱατροῦ· εἰσαγωγή* (folia 9—16 scriptura vacua sunt; fol. 17 inc.: *περὶ φρενίτιδος: φρενίτις μὲν οὖν ἐστὶν ἔκστασις διανοίας μετὰ παρακοπῆς σφοδρᾶς κτλ.*, quae verba leguntur vol. XIV p. 732 inf. ed. Kuehn); fol. 33—35: *Γαληνοῦ εἰς τὸ περὶ χυμῶν ἵπποκράτους* [fragmentum]; folia 36—52 scriptura vacua sunt. — II) fol. 53—277 bombyc. saec. XIII: fol. 53—187 βίβλος *Γαληνοῦ ἢ κατὰ τόπους πραγματεία* (libri X, et negligentia scripti et interpolationibus haud paucis inquinati); fol. 188—277 *Γαληνοῦ τῶν κατ' εἶδος ἀπλῶν (λόγος πρῶτος etc.)* [id est, si catalogo manu scripto fides habenda est, Galeni *περὶ τῆς τῶν ἀπλῶν φαρμάκων δυνάμεως* libri VI—XI]. — III) fol. 278—419 chart. saec. XV: fol. 282 sqq.: *Γαληνοῦ περὶ κράσεως τῶν ἀπλῶν φαρμάκων* [id est, si catalogo manu scripto fides est, Galeni *περὶ τῆς τῶν ἀπλῶν φαρμάκων δυνάμεως* libri I—V]. — Accuratiore de eis, quae codice *B* continentur, ex eis colligas, quae de codice Parisino 2158 referentur.

Par. 2158 3) Ex ipso *B* ita transcriptum esse, ut pauca menda adderentur, facile intellexi codicem Parisinum 2158 chart. saec. XV, olim Memmianum, de quo codice parum accurate rettulerunt Melotus in 'catalogo codicum mss. Bibliothecae Regiae' II (Parisiis 1740) pag. 455 et Henricus Omont 'Inventaire sommaire des manuscrits grecs de la Bibliothèque Nationale' II (Parisiis 1888) pag. 207. Insunt in eo codice haec: I) fol. 1^r: *Γαληνοῦ περὶ τῶν ἐπὶ κόποις πυρετῶν κτλ.* (hic liber [aeque atque fragmentum II] non ex *B* transcriptus est); II) (teste Omontio) fol. 14^v: commentarius in Hippocratem de humoribus [fragmentum]; III) fol. 32^r: *Γαληνοῦ ἱατροῦ· εἰσαγωγή* (abruptur fol. 40^r post haec verba: *ἢ ἐκ τῆς κατὰ θέσιν τάξεως*, quae in editionis Kuehnianae vol. XIV p. 709, 3—4 leguntur [in margine scriptum est ζήτ(ει) τὸ τέλος]; folia 40^v—46^v scriptura vacua sunt; fol. 47^r continuatur libri Galeniani contextus [aeque atque in *B*] inde a capite *περὶ φρενίτιδος* [vol. XIV p. 732 inf. ed. Kuehn],

des. fol. 64^r: τέλος γαληνοῦ εἰσαγωγῆς ἰατρὸς λεγομένης.); IV) fol. 64^r: Γαληνοῦ εἰς τὸ περὶ χυμῶν ἱπποκράτους ἢ περὶ χυμῶν (abrumpitur fol. 67^r post haec verba: τὴν ἐντελῆ διάκρισιν τῆς ἀσθενείας ἀνέθεντο, id est vol. XIX p. 485—496 ed. Kuehn; in margine scriptum est ζήτησις); V) fol. 69^r: Γαληνοῦ περὶ κράσεως [in posterioribus horum librorum: περὶ δυνάμεως] τῶν ἀπλῶν φαρμάκων libri I—V; VI) fol. 167^r: βιβλος Γαληνοῦ ἢ κατὰ τόπους πραγματεία decem (non octo) libros complectens (βιβλὸν ἀ' usque ad τ'), id est Galeni de compositione medicamentorum secundum loca libri X [liber quintus non usque ad finem perscriptus est, sed exit in haec verba: στύφουσι βοήθειαν ἔχοντες, quae in editione Kuehniana leguntur vol. XII p. 871, 7]; VII) fol. 297^r: Galeni de simplic. medicam. temperamentis ac facult. liber XI (inc.: κεφάλαια τοῦ ἰα λόγου περὶ τῆς τῶν ἀπλῶν φαρμάκων δυνάμεως κτλ., deinceps: τὰ πλεῖστα τῶν ἐν τοῖς ζώοις μορίων κοινὰ κτλ., des. fol. 309^r: καὶ ἡμεῖς δὲ ἐπὶ τῶν ἐν στόματι σηπεδονωδῶν ἐλκῶν ἐχρησάμεθα [id est Galen. vol. XII p. 310—377 ed. Kuehn]; sequitur haec subscriptio: τέλος σὺν θεῷ τῶν κατ' εἶδος ἀπλῶν τοῦ σοφωτάτου Γαληνοῦ); VIII) fol. 312^r: Γαληνοῦ τῶν κατ' εἶδος ἀπλῶν λόγος πρῶτος (inc.: περὶ τῆς τῶν ἀπλῶν φαρμάκων δυνάμεως ἐγχειρήσαντες γράφειν [id est Galeni de simplic. medicam. temper. ac facult. liber VI, = vol. XI p. 789 sqq. ed. Kuehn]); IX) fol. 330^r: ἀρχὴ τοῦ δευτέρου λόγου τῶν κατ' εἶδος ἀπλῶν Γαληνοῦ (inc.: ἕβδομον τοῦτο περὶ τῆς τῶν ἀπλῶν φαρμάκων δυνάμεως [id est Galeni de simpl. etc. liber VII, = vol. XII p. 1 sqq. ed. Kuehn]); X) fol. 344^r: βιβλὸν τρίτον τῶν κατ' εἶδος ἀπλῶν Γαληνοῦ (inc.: ὅσον μὲν ὑπόλοιπόν ἐστι τῆς κατὰ τὰ φυτὰ δυνάμεως ἐν τῷ δε [sic] λεχθήσεται, des. fol. 356^r [id est Galeni de simpl. etc. liber VIII, = vol. XII p. 83 sqq. ed. Kuehn]).

4) Ex hoc codice Parisino 2158 ipso transcriptum esse ab initio usque ad finem Par. 2156 apparet codicem Parisinum 2156 chartaceum saeculi XVI ineuntis, de quo infeliciter retulerunt Melotus l. c. p. 455 et Omontius l. c. p. 206. Hoc codice continetur fol. 176^v—342^r βιβλος Γαληνοῦ ἢ κατὰ τόπους πραγματεία (libri decem). Praeter hoc Galeni opus in Parisino 2156 prorsus eidem insunt libri, qui in Parisino 2158; in neutro inesse Galeni libros de compositione medicamentorum secundum genera recte adnotavit iam U. C. Bussemaker in Fragmentorum poematum rem naturalem vel medicinam spectantium editione Didotiana pag. 74. Ego Parisini 2156 lectiones non magis commemoravi in apparatu critico quam Parisini 2158 ex *B* transcripti.

5) *C* = Reginensis 172 bomb. fol. saec. XIV, qui complectitur Galeni libros περὶ *C* συνθέσεως φαρμάκων τῶν κατὰ γένη et libros περὶ συνθέσεως φαρμάκων τῶν κατὰ τόπους dilucide et paucis scripturae compendiis exaratos.

6) *D* = Laurentianus LXXV 8 chart. 8^o saeculi XV exeuntis, de quo codice conferas *D* Bandinii catalogum vol. III p. 153—155. In hoc codice post indicem capitum singulorum librorum Galeni de compos. medic. sec. loca haec leguntur poematia:

I. Fol. 18^r: στίχοι εἰς τὸν πίνακα τῆς τοῦ γαληνοῦ βιβλίου (haec inscriptio in margine rubro scripta est).

Εἰς ἐν λαβῶν (sic) ἅπαντα πολλῶ τῷ πόνῳ —
 ἅπερ παριστὰ δυσχερῶς τὸ πυκτίον,
 τέθεικα σαφῆ τοῖς ποθοῦσι μανθάνειν .:
 ἄμοχθον αὐτοῖς εὐχερῆ διδοῦς χάριν .:
 πίνακα χειρὶ τοῦ παρόντος βιβλίου

γράφας σαφή κάλλιστον ἠκριβωμένον·
 ἀφ' οὗ χάρις νάμασιν ἀφθονεστάτοις,
 ἐκρεῖ προφανῆς σὺν θεῷ ξενοτρόπως·
 λυτροῦσα δεινῶν δυσχερῶν νοσημάτων·
 πολλοὺς ῥύπους πλύνουσα τῶν παθημάτων·
 σοφὸν γαληνὸν εὐσθενῆ πρὸς τοὺς λόγους·
 ἀχχοῦντος εὐρεῖν εὐφυῆ συγγραφέα·
 οὗ τὸ κλέος μέγιστον ἀρθὲν ἀσχέτως,
 ἅπασιν ἐξέλαμψεν ἀρρητοτρόπως·
 ἔν φαινας τὰς βολὰς τὰς τῶν λόγων·
 λαμπρῶς καθαρῶς εὐτρεπῶς καὶ κοσμίως·
 ψυχαῖς βροτῶν ἄριστα προσδεδεγμένων·
 ὡς ἀγλοειδῆς ἐκφανῆς τις φωσφόρος: —

II. Deinceps sequitur hoc poematum, addita in margine rubro hac inscriptione:

ἄλλοι.

Εὐκλέος γαληνοῦ μετὰ (sic) σαφῆ τε λόγῳ τε
 ἄνθεα δρεψάμενος πολυανθέος ἔξοχα τῆσδε,

(inc. fol. 18^v) βιβλίου ἐκ μεγάλης ἐρικύδεος (ex ἐρικύδεως a prima manu correctum) ἀφθίτοις,
 ἴδει (sic) πόλλ' ἐμόγησα· τετηγμένους ἀμφὶ πόνοισι.
 θῆκά τ' αὐτὸς σαφέ' ἐελδομένοισι μέροψιν: — τέλος.

Sequuntur inde a folio 19 Galeni libri de comp. med. sec. loca ex eodem codice, ex quo codex *C* originem duxit, hausti, nisi quod ultima folia inde a folio 395 usque ad libri decimi finem a paulo recentiore scriba saeculi XVI ineuntis suppleta sunt. Usus autem est hic recentior scriba codice prorsus diverso, scilicet eodem, ex quo codices *H* et *K* derivati sunt. Itaque cum Damocratis fragmenta II. III. VIII in eis operis Galeniani partibus servata sint, quas scriba codicis *D* antiquior exaravit, codex *D* in his consentit fere cum codice *C* et cum codice *E*; contra in Damocratis fragmento IV, quod in operis Galeniani libro decimo extat, codex *D* consentit fere cum *H* et *K*.

E 7) *E* = Venetus Marcianus append. class. V 7 chart. fol. saec. XV, quo continentur Galeni *περὶ συνθέσεως φαρμάκων τῶν κατὰ τόπους* libri (cum additamentis) binis columnis scripti; sed et mutili sunt hi libri in *E* et bibliotegei culpa non pauca folia perperam ordinata sunt; incipit Galeni opus in *E* in medio libro III.

F 8) *F* = Parisinus 2155 chart. saeculi XIV ineuntis vel fortasse saeculi XIII exeuntis (olim, si ex codicis tegumento coniecturam facere licet, Memmianus). Insunt in *F* non tantum (ut Melotus in catalogo rettulit) Galeni *περὶ συνθέσεως φαρμάκων τῶν κατὰ τόπους* libri IV—IX, qui quidem revera in *F* leguntur fol. 101—264, sed praecedunt his sex libris etiam eiusdem operis libri I—III hoc titulo insigniti: *περὶ τῶν κατὰ τόπους πεπονθότων βιβλ. α', β', γ'*. atque post tertii libri exitum rubro addita est haec subscriptio: + τέλος Γαληνοῦ *περὶ συνθέσεως φαρμάκων τῶν κατὰ τόπους βιβλίον τρίτον*:· χριστὸς ἐμοὶ γεωργίῳ χάριν καὶ κῦδος δπάξοι: (quae verba hexametri dactylicum metrum adfectantia excipit index eorum, quae quarto libro *περὶ συνθέσεως φαρμάκων τῶν κατὰ τόπους* continentur). Idem scriba, qui hoc

loco Georgius nominatur, in quarti libri exitu (fol. 131^r) plenius nomen suum profert: γεώργιος ὁ ἀβασγός +. Liber IX imperfectus desinit (fol. 264^v) his verbis: καὶ πρὸς τὸ μέγεθος ἔγιε δὲ ἐπιμελῶς ἐπὶ μὲν, quae verba in editione Kuehniana leguntur vol. XIII p. 305, 5—6. Sequuntur in *F* alia: Θεοφίλου περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῆς (cuius libri initium in folio 1^v scriptum est); Γαληνοῦ διαγνώσεις καὶ θεραπείαι πρὸς βασιλέα τὸν πορφυρογέννητον (conf. Carolum Daremberg 'Notices et extraits des manuscrits médicaux etc.' I Parisiis 1853 p. 139); περὶ δυνάμεων τροφῶν (conf. Daremberg l. c.); alia, de quibus videas Omontii 'Inventaire etc.' II p. 206 (de fragmento τοῦ ἁγίου Γρηγορίου ἐπισκόπου νύσσης ἐκ τοῦ πρὸς ἀστρονόμους λόγου conf. Daremberg l. c. p. 140 sq.).

9) *G* = Laurentianus LXXV 17 bomb. 8^o saeculi XIV ineuntis, in quo leguntur hi, *G* de quibus agitur, Galeni libri inde a folio 4; conf. de hoc codice Bandinii catalogum III p. 165 sq.

10) *H* = Venetus Marcianus 280 (olim Bessarionis) membr. fol. Romae anno 1470 *H* ab Ioanne Rhoso scriptus teste hac subscriptione: ἐτελέσθη ἐν ῥώμῃ τουτὶ τὸ βιβλίον, χειρὶ μὲν Ἰωάννου πρεσβυτέρου ῥώσου τοῦ κρητός, ἀναλώμασι δὲ αἰδεσιμωτάτου ἡμῶν δεσπότητος βησσαρίωνος καρδινάλειος τῆς σαβίνης καὶ πατριάρχου κωνσταντινουπόλεως, ἐν ἔτει ἀπὸ χριστοῦ γεννήσεως αὐτοῦ ματῶ ἡ΄.

11) *K* = Parisinus 2173 (Colbert. 2622) chart. saec. XVI, quo continentur fol. 75^r *K* — 318^v Γαληνοῦ περὶ συνθέσεως φαρμάκων τῶν κατὰ τόπους (βιβλία ε΄) ex eodem codice, ex quo codex *H* manavit, transcripta.

12) *L* = Vaticanus Palatinus 54 chart. fol. saec. XV—XVI, quo continentur eidem, *L* de quibus agitur, libri negligenter scripti inde a folio 103^v usque ad folium 307.

13) In codice Parisino 2164 chart. saec. XVI (conf. infra p. 15 et Omontii 'Inventaire etc.' II p. 208) insunt eiusdem, de quo agitur, operis Galeniani liber I et liber II soli, quibus Damocratis fragmentum continetur nullum.

14) Denique teste Henrico Omont ('Catalogue des manuscrits grecs des départements' Parisiis 1886 p. 70) bibliothecae 'de M. le marquis de Rosambo' (in oppidulo quindecim ferè milibus Parisiis distante) codice 286 continetur: „Galeni de compositione medicamentorum per singula loca liber X. Fol. 90: Γαληνοῦ περὶ συνθέσεως φαρμάκων τῶν κατὰ τόπους πεπονηότας τῶν εἰς ε΄ τὸ δέκατον. Περὶ νεφριτικῶν. Ὅτι μὲν νεφριτικὰς . . . — . . . ἀναλάμβανε . . . XVI^e siècle. Papier. Feuilles 90 — 300. 300 sur 226 millim. Rel. parchemin. — (Ancien. n^o 13).“ Hunc codicem accuratius examinandum esse non duxi, quoniam et recentissimus est et librum decimum solum continet.

Illi duodecim codices (num. 1—12) ita in duo secedunt genera, ut ad alterum archetypum deperditum redeant codices *AB* (cum Parisinis 2158. 2156) *CD* (in parte maiore) *EF*, ad alterum archetypum aequè deperditum codices *G HK D* (in parte minore) *L*. Illius generis duae rursus familiae distinguendae sunt, quarum altera repraesentatur codicibus *AB*, altera codicibus *CD* (in parte maiore) *E*; medium quodammodo inter utramque familiam locum occupat codex *F* negligenter scriptus, ita tamen, ut saepius cum *AB* faciat quam cum *CDE*. Codices *A* et *B*, qui multo deterior est codice *A*, librarium incuria non paucis mendis inquinati sunt. Bonae notae, sed coniecturis interpolationibusque temptatus fuit is liber, ex quo *CD* (in parte maiore) *E* codices profluxerunt; numerum harum interpolationum suo uterque

Marte tam audacter auxerunt codicum *D* et *E* scribae, ut hi duo libri testes hodie sint omnium incertissimi. Alterius generis codicum melior est *G* quam *HKD* (in parte minore) *L*. Modo hoc, modo illud genus aut veram aut a vera propius remotam lectionem servavit. Multa vitia cum utriusque generi communia sint, utriusque generis archetypa ad unum exemplum saeculo undecimo antiquius et multifariam corruptum redire consentaneum est.

Desunt iota 'subscripta' omnia in *ABCDEFGHIKL*. Versuum Damocratis trimetrorum divisio in isdem nulla est, nisi ubi contrarium adnotabo. Codices *ABCEFGHKL* et Parisinos 2158. 2156 in meum usum contulit Leopoldus Cohn, codicem *D* Ricardus Reitzenstein; horum enim virorum doctissimorum opera atque liberalitate quantopere studia mea adiuta sint, dicere vix possum. De aliquot versuum in codicibus Marcianis servatorum lectione dubia certiore nuper me fecit Maximilianus Treu, dum apud Venetos moratur, amicum quo me prosequitur animum hoc novo testimonio professus.

Editiones

Aldina

Editionem principem Aldinam qui anno 1525 curavit, ita usus est ipsis codicibus *L* et *E*, nisi omnia fallunt, ut modo hunc sequeretur, modo illum. Pauci loci in hac editione felici coniectura sanati sunt, pessumdati non pauci.

Basileensis

Ex Aldina expressa est Basileensis anni 1538, in qua pauci loci coniecturis emendati sunt.

Chartier

Nec multo plus Damocrateis profuit Renartus Chartier adhibitis tribus codicibus Regiis (sine dubio codice *F* et Parisinis 2156. 2158) in Hippocratis et Galeni operum (tom. XIII) editione Parisina anni 1679, quae fere tota ex Basileensi pendet.

Kuehn

Perpauca correxit Carolus Gottlob Kuehn in editione Lipsiensi anni 1826, quam Charterii vestigia secutus publici iuris fecit.

Accedunt denique duae editiones, quae ad Damocratea sola omissis ceteris Galeniani operis de comp. medic. sec. loca partibus pertinent:

Harless

Damocrateorum emendationem non provexit Christianus Fridericus Harless, qui 'Servilii Damocratis quae supersunt carmina medicinalia' editurus ultra parvum non progressus est specimen (in programmatae universitatis Bonnensis die III Augusti a. 1833 edito), quo ea fragmenta sola typis excussit, quae in nostra editione sunt: IV v. 1—47, III v. 6—38,

Hermann


II v. 1—44. Excitavit tamen haec Harlessii opera Godofredum Hermann, ut censuram programmatis illius Bonnensis a C. G. Kuehnio conscriptam, quae legitur in '*Leipziger Literaturzeitung*' a. 1834 num. 33, emendationibus aliquot optimis ad tria illa Damocratis fragmenta pertinentibus exornaret.

Bussemaker

Omnia Damocratea, quae apud Galenum (de comp. medic. sec. loca, de comp. medic. sec. genera, de antidotis) servata sunt, edidit U. C. Bussemaker in Fragmentorum poematum rem naturalem vel medicinam spectantium editione Didotiana (pag. 99—132) inspectis passim, non exhaustis codicibus *FK* et Parisinis 2158. 2156 ad fragmenta II. III. IV. VIII, codice *C* (conf. p. 9) ad fragmenta V—VII. IX—XI, codicibus *QR* (conf. p. 15 sq.) ad fragmenta XII. XIII recensenda. Non paucos locos feliciter correxit Bussemaker, aliorum corruptelas aut intactas propagavit aut infelicibus coniecturis temptavit, cum praesertim de Damocratis re metrica incredibili opinione ductus spondeum in quavis trimetri iambici sede tolerari posse neque hiatus aut cuiusvis generis barbarismos a Damocratis arte aliena esse sibi persuasisset.

II. De Galeni librorum περί συνθέσεως φαρμάκων τῶν κατὰ γένη codicibus et editionibus.

Galenī libros περί συνθέσεως φαρμάκων τῶν κατὰ γένη, in quibus insunt Damocratis Codices fragmenta V. VI. VII. IX. X. XI, quinque vel sex servarunt codices, inter quos quae ratio intercedat, hoc cognationis stemmate illustrabo:



1) *C* = Reginensis 172 bomb. fol. saec. XIV, de quo codice supra p. 5 dixi. Eo *C* tempore, quo *C* ex codice archetypo deperdito (*a*) transcribatur, aliquot verba sub finem libri septimi de compos. medic. sec. genera in *a* adeo palluerunt, ut legi non possent; itaque non paucis lacunis in *C* interruptus est verborum Damocrateorum contextus praecipue sub finem fragmenti Damocratei XI.

2) *M* = Laurentianus LXXIV 25 bomb. fol. saeculi XIV ineuntis properanti calamo *M* et multis scripturae compendiis exaratus ac lectu difficilis; conf. de hoc codice Bandinii catalogum vol. III p. 128 sq. Codex *M* paulo antiquior est codice *C*.

N 3) *N* = Venetus Marcianus 285 (olim Bessarionis) membr. fol. saec. XV ex duabus constat partibus, quarum prior (qua continentur Ἱπποκράτους ἀφορισμοὶ μετ' ἐξηγήσεως Γαληνοῦ fol. 2^r—118^v et Γαληνοῦ εἰς τὸ περὶ διαίτης ὑγιεινῆς Ἱπποκράτους ἐξηγήσεις fol. 118^v—126^r; folium 127 scriptura vacuum relictum est) Romae anno 1470 manu Ioannis Rhosi scripta est teste hac, quae fol. 126^v legitur, subscriptione: Ἐτελειώθη τὸ παρὸν βιβλίον χειρὶ μὲν Ἰωάννου πρεσβυτέρου βώσου τοῦ κρητός· ἀναλώμασι δὲ τοῦ ἀιδεσιμωτάτου ἡμῶν δεσπότητος βησσαρίωνος καρδινάλειος τῆς σαβίνης καὶ πατριάρχου κωνσταντινουπόλεως. ἐν ἔτει ἀπὸ χριστοῦ γεννέσεως α^ο υ^ο ο^ο ἰουνίῳ δωδεκάτῃ ἐν ῥώμῃ: Posterior pars (qua continentur libri Γαληνοῦ περὶ φαρμάκων συνθέσεως τῶν κατὰ γένος fol. 128^r—211^v med. [desinunt imperfecti in verbis καὶ μάλιστα χειμῶνος ἐν γε ταῖς δ, quae leguntur in vol. XIII p. 1052, 18 ed. Kuehn = Damocrat. fragm. XI v. 97 meae editionis; folia 212—215 scriptura vacua relicta sunt] et Γαληνοῦ ὑπόμνημα εἰς τὸ τρίτον ἐπιδημιῶν Ἱπποκράτους fol. 216^r—243^v et Γαληνοῦ περὶ εὐχυμίας καὶ κακοχυμίας fol. 244^r—251^r) altera manu scripta est, quae et ipsa ad posteriorem saeculi XV partem pertinet.

Constat codices *M* (usque ad fol. 125^v med.) et *N* ex eodem libro in fine mutilo et hodie deperdito (*c*) ita transcriptos esse, ut Damocratis memoria melius in *M* quam in *N* sit servata. Nam prorsus eodem loco, ubi abrupta esse Galeni verba in *N* dixi, desinit scribere codicis *M* manus antiqua; reliqua omnia usque ad finem (fol. 125^v med. — fol. 126^r med.) in *M* addita sunt manu recentiore saeculi XVI ineuntis, quae supplementum illud aut ex eodem codice (*b*), ex quo *O* transcriptus est, aut ex ipso codice *O* ita arcessivit, ut aliquot locos emendaret vel pessumdarēt (conf. etiam quae ad Damocratis fr. XI v. 97 adnotavi).

Paucis locis codex *N* a codice *M* discrepans ita consentit cum codice *O*, ut in codice *b* (et ex hoc transcriptas in codice *c*) nonnullas scripturas extitisse duplices statuendum sit atque codicum *N* et *O* scribas casu easdem selegisse.

editio Aldina

Editio Aldina anni 1525 expressa est ex ipso codice *N*. Itaque etiam Aldinae typographus Galeni περὶ συνθέσεως φαρμάκων τῶν κατὰ γένη librum septimum terminavit imperfectum his verbis: Καὶ μάλιστα χειμῶνος ἐν γε ταῖς δ. Mox autem Aldi officina addidit δοξ., et deinceps Τοῖς εὐαλώτοις etc. usque ad libri finem (id est usque ad Damocr. fr. XI 196) ex ipso codice *M*; hoc autem, quod postea demum in Aldina adiectum esse dixi, supplementum vario atramenti colore ab eis, quae praecedunt, luculenter distinguitur. Ceterum in editione Aldina nonnulli loci felici coniectura sanati sunt, pessumdati non pauci.

editio

Basiliensis

Ex Aldina expressa est editio Basileensis anni 1538; perpauci loci coniecturis emendati sunt; paucis locis editores videntur inspexisse codicem aliquem codici *O* vel Phillippsiano similem.

codex

4) *O* = Havniensis bibliothecae regiae 225 chartaceus fol. saec. XVI, de quo codice *O* parum accurate rettulit Carolus Graux 'Notices sommaires des manuscrits grecs de la Grande Bibliothèque Royale de Copenhague' Parisiis 1879 p. 20 sq. In folio 1^r inf. haec leguntur:

'Bibliothecae R. d. Capituli | ap. Hamburg in patria. | dono | Eberhardi Gerkens phil. et M. [id est philosophi et Medici?] | A(nn)o. 663. ult. Januarii.'¹⁾ Insunt in O haec:

I) fol. 1^r—113^v: ΓΑΛΗΝΟΪ ἈΝΑΤΟΜΙΚΩΝ ἘΓΧΕΙΡΗΣΕΩΝ libri novem (= Galen. ed. Kuehn II p. 215—731) altera manu passim ita correcti, ut videatur in usum editionis typis excudendae haec scriptio praeeparata.

II) a novo quaternione initio facto: fol. 114^r—169^v: ΓΑΛΗΝΟΪ ΠΕΡΙ ἈΝΤΙΔΟΤΩΝ libri II (= Galen. ed. Kuehn XIV p. 1—207); hi desinunt imperfecti (fol. 169^v) — quem defectum non animadvertit is qui codicem O exaravit — in verbis καὶ διδοὺς καρῦου ποτικῶ τοῦ μέγεθος οἰνομέλιτι: — (quae verba leguntur in editione Kuehniana XIV p. 207, 17). Inter haec verba libri alterius de antidotis: τὰς λοιπὰς περιόδους (= vol. XIV p. 167, 13 ed. Kuehn), quae leguntur fol. 157^v med., et haec verba: Ἐπεὶ δὲ (καὶ addidit O²) πρὸς τοὺς διχθέντας (= vol. XIV p. 167, 13 ed. Kuehn), a quibus incipit folium 159^r, duae paginae et dimidia vacuae scriptura relictæ sunt casu nescio quo.

III) eadem manu, qua num. II, scriptum neque a novo fasciculo incipiens: fol. 170^r — 173^r med.: fragmentum libri Pseudo-Galeniani de theriaca ad Pisonem. Caputum index (inc.: Κεφάλαια τῆς θηριακῆς γαληνοῦ πρὸς πῖσωνα· τὰδε ἐστὶν ἐν τῷ βιβλίῳ etc., des.: ἔχοντι δεῖ χρῆσθαι τῇ θηριακῇ) legitur fol. 170^r et in folii 170^v initio; sequitur liber Pseudo-Galenianus ipse (= vol. XIV p. 210 sqq. ed. Kuehn; inscr.: „γαληνοῦ πρὸς πῖσωνα περὶ τῆς θηριακῆς“, inc.: Καὶ τοῦτόν σοι τὸν περὶ), qui desinit imperfectus (fol. 173^r med.) his verbis: καὶ οὕτω λοιπὸν ἀκριβῶς, quae leguntur in editione Kuehniana XIV p. 221, 11; reliqua folii 173^r pars et folia 173^v, 174, 175 scriptura vacua relictæ sunt (foliis 172—175 efficitur binio).

¹⁾ De hoc Eberhardo Gerkens consulenti mihi haec scripsit Franciscus Eyssenhardt, bibliothecae Hamburgensis praefectus mihiq; amicus et carissimus et fidelissimus:

„Einen Eberhard Gercken erwähnt das Hamburger Schriftsteller-Lexikon, geboren zu Hamburg im 16. Jahrhundert. Es sei nichts weiter von ihm bekannt, als dass er Jurisprudenz studirt und 1588 zu Helmstädt eine Dissertation vertheidigt habe. Ein Eberhard Gerkens, Med. D. wird als am 8. Februar 1638 gestorben erwähnt bei Fabricius Memor. Hamburg. II p. 624 und ist wohl mit dem obigen identisch. — Einen zweiten Eberhard Gerkens erwähnt N. M. Hübbe in seinem (handschriftlichen) Verzeichniss hamburg. Todesfälle als J. U. Dr. und gestorben den 13. März 1676. Dieser kann also der Schenker des Codex gewesen sein. Weiteres habe ich über ihn nicht erfahren können.

Ueber die Bibliothek des Domcapitels wird einiges mitgetheilt in des Domherrn F. J. L. Meyer 'Blick auf die Domkirche in Hamburg' (Hamburg 1804) p. 89 ff. 'Der eigentliche Fond der Sammlung war nicht neuer als die Jahre 1650 und 60.' 'Sie bestand nur aus 4800 Büchern und Handschriften, aber die grösste Hälfte derselben war eine Auswahl höchst schätzbare Werke . . . u. s. w.' 'Aeusserst schätzbar waren unter den alten Pergament-Manuscripten verschiedene Klassiker als ein Paar Handschriften von Virgil, verschiedene Werke Ovids, vier Lukane, ein Paar Juvenale, ein kommentirter Terenz u. dgl.; . . .' Am Schluss heisst es: 'Die ganze Sammlung der Handschriften ging für einen unbedeutenden Preis nach Kopenhagen' (als nämlich die Dombibliothek im Wege der Auction verkauft wurde).

Von der Dombibliothek existirt ein Verkaufskatalog vom Jahre 1684. Die Schriften sind nach den vier Facultäten geordnet; im weiteren nach dem Format. Gedruckte Bücher und Handschriften sind nicht getrennt. In diesem Katalog wird in der Abtheilung Libri medici, Fol. s. Nr. 1895 aufgeführt: 'Galen Opera quaedam graeca in membranis scripta.' Etwas weiteres wird von der Handschrift nicht gesagt; nur der Preis, zu dem sie verkauft ward, ist handschriftlich hinzugefügt, nämlich 16 Mark 8 Schilling hamburgisch.“

IV) Inde a folio 176^r incipit tamquam novus codex undeviginti quaternionibus (fol. 176—327; folia 325—327 scriptura vacua relicta sunt) seorsum numeratis constans. Biblioepegi culpa aliquot folia quaternionis XVII et quaternionis XVIII perperam ordinata sunt; quaternionis XVII folia hoc ordine sese excipere debebant: fol. 304. 305. 308. 309. 314. 315. 306. 307, quaternionis XVIII folia hoc ordine: fol. 310. 311. 317. 316. 319. 318. 312. 313. Continentur foliis 176^r sqq. Galeni libri de compos. medic. sec. genera ex codice *b*, postquam is varias contraxit labes et initio mutilatus est, satis neglegenter descripti. Incipit enim folium 176^r his verbis (quibus nullam inscriptionem praemisit *O*¹): μήδ' ἔλωσ δάκνοντα· λέλεκται πρόσθεν ἐπὶ τ(sequitur lacuna circiter duodecim litterarum) τὴν ῥυπτικὴν δύναμιν ἔχει τὰ τὸν πολὺν ἐπιφέροντα ῥύπον· ὥστε ἔνια τῶν εἰρημένων φαρμάκων χλωρῶν ἐνὶ μόνῳ, quae leguntur in libro II medio [vol. XIII p. 499, 10 ed. Kuehn]. In summo margine folii 176^r *O*² hoc addit argumentum: περὶ τῶν ἰσχυρῶς ῥυπτόντων φαρμάκων. Reliquae operis Galeniani partes omnes usque ad finem perscriptae sunt in *O* fol. 176^r—322^v med. (des.: ἀπλᾶς τούτων φύσεις = vol. XIII p. 1058, 10 ed. Kuehn); duae tamen in *O* hiant lacunae, quibus Galeni verba iam in codice *b* interrupta fuisse, quo tempore *O* ex *b* describatur, consentaneum est: a) fol. 182^r inf. abrumpitur contextus verbis λίτραν *α* (= vol. XIII p. 524, 11 ed. Kuehn), tres proximae paginae scriptura vacuae relictae sunt, deinde pergitur fol. 184^r his verbis: καὶ τὰς (= p. 534, 8 ed. Kuehn); b) fol. 204^r med. abrumpitur contextus verbis eis, quae in editione Kuehniana leguntur XIII p. 635, 15, quinque proximae paginae et dimidia scriptura vacuae relictae sunt, deinde pergitur fol. 207^r his verbis: ἀνδράσιν οἷς εἶπον (= p. 642, 16 ed. Kuehn).

V) Post absolutum Galeni librorum de compos. medic. sec. genera ultimum (fol. 322^v) statim in eadem linea (nulla subscriptione aut inscriptione addita) sequitur Stephani collyrium his verbis conceptum, quorum primum a rubra littera incipit: κολλύριον ὀφθαλμικὸν παρὰ στεφάνου ἰατροῦ τοῦ μαγίστρου etc., des. fol. 324^v: σαχαρόθερμον ὀμφακος χυλῶς· ῥοδόσταγμα καὶ οἶνος.¹)

¹) Stephani collyrii, quod nondum editum est, verba omnia, qualia in *O* tradita sunt, addam:

Κολλύριον ὀφθαλμικὸν παρὰ στεφάνου ἰατροῦ τοῦ μαγίστρου ἐνεργὲς καὶ ἄγαν ὠφέλιμον πρὸς τὰς τῶν ὀφθαλμῶν (sic *O*¹) φλεγμονὰς καὶ ἐλκώσεις τοῦ κερατοειδοῦς· καὶ προπτώσεις τοῦ ραγοειδοῦς (sic) διὰ βεύματος λεπτοῦ καὶ ἄγαν δριμύως γιγνομένης ἐφ' ὧν οὐδὲν τῶν ἀπλῶν φαρμάκων καθ' αὐτὸ (sic) ἀρμόττειν δύναται· τῶν μὲν ἀπλῶς στυφόντων κατεχόντων τοὺς ἐκρέοντας ἰχώρας καὶ κατὰ τοῦτο τὴν ἐκ τῆς ζήξεως αὐτῶν ὀδύνην ἐπιτείνοντων (inc. fol. 323^r) τῶν δὲ δριμύων καὶ θερμῶν, οὐ μόνον οὐδὲν ὠφελούντων, ἀλλὰ καὶ συναυξανόντων τὴν ποιότητα τῶν θακνωδῶν χυμῶν· ἢ δὲ τῶν χαλαστικῶν τὲ καὶ διαφορητικῶν φαρμάκων δύναμις ἐκκενοῦν μὲν δύναται τὸ γεννώμενον· οὔτε δὲ τὸ ἠλκωμένον (sic) τρέφειν ἢ ἐπουλοῦν· οὔτε τὸ προπεπτικῶς προστέλλειν καὶ κατακλεῖειν· οὔτε τὸ ἐπιρρεῖον ἀποκρούεσθαι· οὔτε τὴν δριμύτητα ὑπαμβλύνειν ὁμοίως ταύτῃ καθ' αὐτὴν ἔχει καὶ ἢ τῶν συμπεπτότων· εἰ καὶ τὸ πέττειν τὰς διαθήσεις οὐ μικρὸν ἀγαθὸν ἔχει· τί δεῖ λέγειν περὶ τῶν ὀξείας ἢ πικρᾶς ἢ νιτρῶδεις ἢ ἄλμυρᾶς ἢ αὐστηρᾶς ἔχόντων δυνάμεις φαρμάκων· ὑπόλοιπον οὖν ἐστὶ γένος φαρμάκων θεραπεύειν δυνάμενον ἑλκῆ τὰ μετὰ βεύματος δριμύως (sic)· ὅσα γεώδη ταῖς οὐσίαις ὄντα μέσα κατὰ τὴν θερμότητα καὶ ψύξιν εἰσὶν· ἢ μᾶλλον τινὰ μὲν βραχείας ψύξεως ἢ θερμασίας μετέχει· τινὰ δὲ οὐδὲ ὅλως ἐμφαίνει δύναμιν· ὅλον δ' οὖν τὸ γένος αὐτῶν καλεῖται ἐμφρακτικὸν ἐμπλαστικὸν καὶ ἄπυον· διὸ καὶ χρόνον πλέονι τὴν ἀφ' ἐαυτῶν ὠφέλειαν αἰσθητὴν ἐργάζεται κατὰ τὰς πρώτας ἡμέρας οὐδὲν ὠφελεῖν δοκοῦντα· προσφερόμενα δὲ ὁμοῦς ὡς ἀδηκτότατα κατὰ τὰς δυσαιστοτάτας διαθήσεις· ἐν αἷς ἔλλκος ἐστὶν ἢ τοι· μόνον εἴτε μετὰ (sic) διαβρώσεως τοῦ τε κερατοειδοῦς ἐκ βεόντων ἰχώρων δριμύων ἄγαν καὶ θακνωδεστάτων· μεγάλως ἀρρήγγουσι (sic) πλὴν εὐκαίρως προσφερόμενα· ἀκαίρως γὰρ οὐδὲν ὀνήθην· ἀλλὰ καὶ ὀδύνην

5) Ex ipso codice O (fol. 176^r—324^v) facile intellexi transcriptum esse codicem Cheltenhamensem Phillippianum 1529 (olim Claromontanum 318, deinceps Meermanianum 220) chart. fol. saec. XVI, de quo codice non satis accurate rettulit Carolus Daremberg 'Notices et extraits des manuscrits médicaux etc.' I Parisiis 1853 p. 141 sq. Hic

codex
Phillippianus

μεγάλην ἐργάζεται τῷ διατείνειν τοὺς χιτῶνας· χρεῖα οὖν ἐν ἀπόροις εὑρεῖν· καὶ διὰ τοῦτο πρῶτον μὲν τοῦ ὄλου σώματος πρόνοιαν ποιήσασθαι χρὴ ἤτοι δια (sic) φλεβοτομίας· ἢ καθάρσεως, ἢ δι' ἀμφοτέρων εἰ θεοί· εἶτα τῆς κεφαλῆς· μετὰ δὲ ταύτης πρόνοιαν καὶ τὴν πρόσφορον διαίταν χρῆσασθαι τῷ τοιούτῳ φαρμάκῳ· (manus recens in margine adscript: *Comp^o*, id est *Compositio*) ἔστι δὲ ἡ σύνθεσις αὐτοῦ τοιαύτη· πομφόλυγος πεπλυμένης < β̄· ἀμύλου καλῶς πεπλυμένου προσφαίου καὶ ἀποίου < ε̄· καθμίας κεκαυμένης (inc. fol. 323^v) καὶ πεπλυμένης < δ̄· μολίβδου κεκαυμένου καὶ πεπλυμένου < γ̄· ψιμίθου πεπλυμένου < ᾱ· λίθου αἰματίτου < ζ̄· ὀπίου < ᾱξ̄· βόδων χυλοῦ < γ̄· λιβάνου < ᾱξ̄· κρόκου < τὸ ε̄· ἀλόης Ἰνδικῆς· ὡσαύτως σμύρνης < ᾱξ̄· σαρκοκόλλης πεπλυμένης < η̄· σάχαρος πεφωγμένου < γ̄· τραγκάνθης < ιβ̄· ἀποβραχέισης ἐν χυλῷ τήλεως· ἔστι δὲ ὁ μὲν πεπλυμένος πομφόλυξ (sic)· ξηραίνων ἀδηκτός· εἰπέρι τι καὶ ἄλλως ἔστι· καὶ διὰ τοῦτο χρώμεθα αὐτῷ πρὸς τὰ λεπτά καὶ θριμέα βεύματα· ἔτι δὲ καὶ πρὸς ἔλκη πρὸς τοῦτοις ὁ πομφόλυξ ἔχει βραχὺ τί καὶ στυπτικόν· ἢ δὲ ἀρίστη καθμία καυθεῖσα καὶ πλυθεῖσα ἀδηκτοτάτη γίνεται φάρμακον· ἔχει δὲ τι βραχὺ καὶ βυπτικόν ἐάν τε μετὰ τὴν καύσιν (sic)· ἐάν τε καὶ χωρὶς ταύτης πλυθῇ· τὸ δὲ πρόσφατον ἄμυλον πρὸς τὸ ἀδηκτοτάτον εἶναι· ἔτι καὶ τῆς οὐσίας εὐκράτου μετεληφεν κατὰ τε θερμότητα καὶ ψυχρότητα· ὁ δὲ αἰματίτης λίθος ξηραντικὴν ὑγρῶν ἔχει δύναμιν τὸ φύχειν καὶ στύφειν· ἐξ ὑγρᾶς οὐσίας παγείσης τὴν γένεσιν σαρκῶς (sic)· ἔστι δὲ καὶ ἀδηκτός· ὁ δὲ κεκαυμένος καὶ πεπλυμένος μολίβδος (in margine addit O¹: ἀδηκτός ἔστι καὶ φύχει) ἀδηλός ἔστι καὶ φύχει (sic) στύφει μετρίως· μετέχει δὲ καὶ στύφει· ὁ δὲ τῆς μήκωνος ὀπός οὐ μόνον ἀδηκτός, ἀλλὰ καὶ ὑποποῖός ἔστι· καὶ διὰ τοῦτο τὰς σφοδρότητας τῶν ὀδυνῶν πραῖνει· ὁ δὲ χυλός τῶν βόδων τῷ στύφει μετρίως ἀναστέλλει (in hoc verbum exit versus) τὰ· ὁ δὲ λιβανώτης πέττει καὶ διαφορεῖ· ἔστι δὲ καὶ ἀνώδυνος· ἢ δὲ σμύρνα πεπτικόν οὐσα φάρμακον οὐ μόνον ἔλκει γενναίως τὰς τῶν ὑγρῶν μοχθηρίας ἐκ βάθους, ἀλλὰ καὶ διαφορεῖ τὸ ἐλχθέν (sic O, ut videtur). ὁ δὲ κρόκος πέττει καὶ στύφει μετρίως· ἢ δὲ σαρκοκόλλα πέττει καὶ διαφορεῖ· ἢ δὲ τραγκάνθητα ἐμπλαστικὴν τέ τινα καὶ θριμυτήτων ἀμφλυτικὴν ἔχει δύναμιν· ὁ μέντοι τῆς τήλεως χυλός ὅσον μὲν ἐπὶ τῇ γλισχρότητι παραπλησίως ἔστι τῇ λευκῇ τῶν ὠν ὑγρότητι διαφορεῖ δὲ καὶ θερμαίνει μετρίως· καὶ διὰ τοῦτο τὰς πολλὰς τῶν ὀδυνῶν πραῖνει τὸ δὲ λεπτόν ὑγρὸν τὸ ἐν τοῖς ὠσὶ ἐκ περιττοῦ ἔχον (inc. fol. 324^r) τὸ ἀποπλύνειν ὑγρότητας· ὑπαλείφειν τὴν τραχυθῆντα τὸ ἐμπλάττεσθαι τοῖς κατὰ λεπτόν πόροις οὐκ ἔχει καθάπερ οὐδὲ τὸ ξηραίνειν· τὸ δὲ γάλα τῆς νέας εὐχύμου γυναικός, ἀδηκτόν τ' ἔστι καὶ βυπτικόν καὶ διὰ τὴν ὀρώδη ὑγρότητα· ἢ δὲ ἀλόη μικτῆς πῶς ἔστι δυνάμεως· διὰ γὰρ τὸ πικρὸν αὐτῆς ῥύπτει· διὰ τὴν στύφιν συναγεῖ καὶ συνουλεῖ τὰ ἔλκη ὡς εἶναι βραχεῖ λόγῳ τὴν ὄλην δύναμιν τοῦ φαρμάκου φύχουσαν· ξηραίνουσαν ἀδηκτῶς· πέττουσαν· παρηγοροῦσαν· σαρκουσαν· ἐπουλοῦσαν· διαφοροῦσαν ἔλκουσαν ἐκ τοῦ βάθους· καὶ εἰ δεῖ συνελόντα φάναι πάντ' ἔχουσαν· ὅσων τὰ τε φλεγμαίνοντα καὶ ἠλκωμένα· καὶ ἀσθενῆ· καὶ ρευματιζόμενα μόρια δέονται· χρησιμωτάτη δὲ γενήσεται πάση τῇ ἡλικία καὶ ὄρα καὶ κράσει· καὶ εὐαισθησία· καὶ δυσαισθησία καὶ τοῖς λοιποῖς συστοίχοις· ὑγρῷ τὸ ἀνέμενον καταλλήλῳ μετ' ἐπιτηθείου τρόπου χρήσεως καὶ τῆς ἐνδεχομένης συστάσεως· οὐ χρὴ δὲ τὸ τοιοῦτον κολλύριον προσφέρειν, ἐάν τε ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς μόνοις ἢ καχεξία ἢ· ὡς διαφθεῖραι τὸ ἐπιρρέον κἂν χρηστόν ἢ· ἐάν τε καὶ αὐτὸ τὸ ἐπιρρέον μοχθηρόν ἔστιν· ἢ διὰ τὴν κεφαλὴν μόνην· ἢ καὶ ὄλον τὸ σῶμα τοιοῦτον ὑπάρχει· ὅθεν καὶ προπαρασκευάζειν θεόν εἰς τὴν ἴασιν ἐπιτηθείως τὸ πεπονθὸς μόριον· τοῦ μὲν ὄλου σώματος πρόνοιαν ποιουμένους καθάρσει καὶ φλεβοτομίαις ὡς λέλεκται· τῆς δὲ κεφαλῆς πρῶτον μὲν ἀποφλεγματομοῖς· ἔπειτα δὲ καὶ ταῖς ἐπὶ τὸ ἴνον σικύαις· εἶτα εἰ θεοί καὶ τῇ ἀρτηριοτομία καὶ μετὰ ταῦτα τῷ τοιούτῳ κολλυρίῳ χρῆσθαι· ἐπὶ δὲ τῆς τούτου χρήσεως· εἰ μὲν ἔτι φέρεται τὸ θριμὺ βεύμα· ἢ ἔλικωός ἔστι τοῦ κερατοειδοῦς· ἢ λῆμα ἢ ῥύπος ὀφείλει ἐνοσάζεσθαι· γάλα ἐκ τιθῶν γυναικός εὐχύμου καὶ νέας εἰς τοὺς ὀφθαλμοῦς (sic O¹) ἕως ἀπορυφθεῖσι πάντα καὶ καθαρὸς γένηται ὁ ὀφθαλμός· εἰτ' ἀπομάττεσθαι (inc. fol. 324^v) μετὰ τινος τῶν μαλακωτάτων σῦρικῶν (sic O¹)· καὶ οὕτως ἐγγεῖσθαι τῷ ὀφθαλμῷ τὸ κολλύριον μετὰ τοῦ θεόντος ὑγροῦ· καταρχᾶς μὲν ὑδαροῦ, προῖόντος δὲ τοῦ χρόνου παχυτέρου· καὶ εἰ θεοί προπυριῶν καὶ καταπλάττειν καταλλήλαις πυρίαις καὶ καταπλάσμασι·

codex
Phillippsianus

quoque codex incipit (fol. 1^r) sic: μή δ' ἔλωσ δάννοντα· λέλεκται· et post absolutum Galeni librorum de compos. medic. sec. genera ultimum sequitur Stephani illud collyrium (inc.: Κολλύριον ὀφθαλμικόν παρὰ στεφάνου ἰατροῦ τοῦ μεγίστου etc., des.: σαχαρόθερμον ὄμφακος χυλός· βοδόσταγμα καὶ οἶνος.), quod excipitur commentariolo de hominum aetatibus (inc.: Ἐπτὰ [sic] εἰσὶν ὄραι ἅς ἡλικίας καλοῦσιν· παιδίον, παῖς, des.: τὸ δὲ ἐντεῦθεν [sic] γέρων καὶ ἀτυχή τὰ τοῦ [sic] τέλους. ἀμὴν. [edidit hunc commentariolum C. Daremberg l. c.]). Post hunc commentariolum is, qui codicem Phillippsianum exaravit, ipse adiecit haec verba: τέλος βιβλίον γαληνοῦ περὶ συνθέσεως φαρμάκων εἰληφεν. Huc usque igitur Galenianum opus pertinere opinabatur codicis Phillippsiani scriba. Idem denique addidit (non ex *O*) epigramma εἰς τὸν γαληνόν (inc.: οὐ τις σεῖο γε πλεῖον, des.: ἀμερίων γε χάρις).

Propius cognati sunt codices *MN* cum *O* (et Phillippsiano) quam cum *C*, cuius memoria longius ab illis quattuor codicibus distat. Codex *O* aliquot vitiis inquinatus est, quibus *MNC* carent.

editio et
codex
Charterii

6) Sexti denique codicis memoriam servavit Rhenatus Chartier. Qui cum in Hippocratis et Galeni operum tomo XIII Parisiis anno 1679 Galeni libros de compos. medic. sec. genera ederet, usus est 'manuscripto codice Regio'. Paucae, quas ex hoc protulit (conf. p. 1020 sq.), lectiones congruunt fere cum codicibus *O* et Phillippsiano. Hodie in bibliotheca Parisina nullus horum Galeni librorum codex extat. Falso enim de codicibus Parisinis 2158 et 2156 relatum esse supra p. 5 docui. Ceterum perpauca Damocrateorum locos corruptos sanavit Chartier.

Desunt iota 'subscripta' omnia in *CNO*, plurima in *M* (in quo nonnulla 'adscripta' sunt), multa in Phillippsiano (in quo tamen aliquot 'subscripta' sunt). Versuum trimetrorum divisio in his quinque codicibus nulla est, sed omnia Damocratis verba ad solutae orationis speciem scripta sunt. Quoniam codicis Phillippsiani auctoritatem esse nullam demonstravi, usus sum ad Damocratis verba restituenda codicibus *CMNO*. Codices *CMN* contulit Leopoldus Cohn, codices *O* et Phillippsianum ipse contuli.

μετὰ δὲ τὸ σῆναι τὸ ἐπιρρέον, ἢ καὶ ὀλίγον ἐπι ἐπιρρέον ἐγγεῖσθαι· τὸ τοιοῦτον κολλύριον ὡς προεῖρηται μετὰ τοῦ καταλλήλου τῆ διαθέσει ὑγροῦ χλιαροῦ γινομένου· τοιοῦτον δὲ γενήσεται· ἐὰν ἡ ἀκόνη ἐφ' ἧς τριβεται τὸ κολλύριον προσθερμανθῆ ἐν ὕδατι ζέοντι γλυκεῖ· ὑγρὰ δὲ ἔστω τάδε· ὄψου ἀθημερινοῦ τὸ λευκὸν καὶ λεπτὸν ὑγρὸν· γάλα νέας καὶ εὐχύμου γυναικός· τήλεως χυλός κάλλιτος· χυλός πιτσάνης (sic) χυλός λινοσπέρμου· χυλός τοῦ τῶν κυθωνίων σπέρματος· χυλοῦ πολυγόνου· σαχαρόθερμον ὄμφακος χυλός· βοδόσταγμα καὶ οἶνος· —

Deinceps in *O* statim sequitur hic de hominum aetatibus commentariolus, quem Carolus Daremberg ex codice Phillippsiano 1529 edidit: Ἐπτὰ εἰσὶν ὄραι ἅς ἡλικίας καλοῦσιν· παιδίον· παῖς· μεριάκιον· νεανίσκος· ἀνὴρ· πρεσβύτερος· γέρον· παιδίον μὲν ἐστὶν ἄχρις ἑπτὰ ἐτῶν ὀδόντων ἐκβολῆς· παῖς δὲ ἄχρι γονῆς ἐκφύσεως· ἐς τὰ δὲς ἑπτὰ· μεριάκιον δὲ ἄχρι γενέου λαχνώσεως, ἐς τὰ τρεῖς ἑπτὰ· νεανίσκος δὲ ἄχρι αὐξήσεως ὅλου τοῦ σώματος, ἐς τὰ τετράκις ἑπτὰ· ἀνὴρ δὲ ἄχρι πενήκοντα· πρεσβύτερος δὲ ἄχρι πενήκοντα ἑξ, ἐς τὰ ἑπτάκις ὀκτώ· τὸ δὲ ἐντεῦθεν γέρον, καὶ ἀτυχή τὰ τοῦ τέλους· — His verbis terminatur codex *O*, cuius finem faciunt tria folia scriptura carentia.

